

9057 [imp. Caes].<sup>1</sup> divi Hadria[ni f., divi Traiani Parthici] n. divi Nervae [pronepos, T. Ael]ius Hadrianus An[toninus Aug. Pius] p. m., tr. pot. XX<sup>2</sup>, imp. I[I, cos. IIII, p. p., equitibus et pe]d. q. m.<sup>3</sup> in alis [IIII] q.<sup>4</sup> appe[llantur (1) . . . . . et (2) H]erc.<sup>5</sup> et (3) I Ulp[ia]<sup>6</sup> sing. et (4) I Ulp. dromad.<sup>7</sup> ∞<sup>8</sup>, et co[h.] XVI<sup>9</sup>: (1) I Ulpia Dacor. et (2) I Ulp. Petreor. et (3) I Au[g.] Pannon. et (4) I Cl[au]d. Sugambr. et (5) I Ascalonit. sag. et (6) I Flav. C[ha]lciden. et (7) II Ulp. equit. et (8) II Italic. c. R.<sup>10</sup> et (9) II Ulp. Paphlag. et (10) II Thrac. Suric. et (11) II classic. sag.<sup>11</sup> et (12) III-Ulp. Paphlag. et et<sup>12</sup> (13) III Aug. Thrac. et (14) IV Gall. et (15) V<sup>13</sup> Ulp. Petreor. et (16) VII Gallor.<sup>14</sup>, et sunt in Suria sub Attidio Corneliano leg.<sup>15</sup>, quinis et vican. plurib.ve stipend. emerit., dimiss. honest. miss., quor. nomin. subscr. sunt., civit. Roman. qui eor. non haber. dedit et conub. cum [uxorib.] quas tunc habuis. cum est civ[itas is data] aut cum is quas p[ost] duxiss. dum[taxa]t singulis. A. d. IV . . . . . ono C. Aelio Se . . . [cos.]

[alae I Ulp.]p. singul., [cui praest] . . . n . .

Tabula aenea (diptychi pars prior) mutila, rep. ad Kazanlyk, est Sofiae (III p. 2328, 71 dipl. CX = oesterr. Jahreshefte 3, 1900 p. 21 seq., Bormann dedit imagines et commentarium). — 1) Initium (usque ad tertiam alarum) superest in solo latere interiore. — 2) A. 157. — 3) . . d. q. m., 4) q. scriptum est in latere interiore; in exteriore probabile est fuisse equitib. et peditib. qui militaver. et deinde quae (sic vel similiter etiam in aliis diplomatibus Pii, cf. supra N. 2005. 2006, latera duo differunt; de hac scripturarum duarum, exterioris et interioris, in diplomatibus Traiano posterioribus discrepantia cf. supra vol. I p. 390. — 5) Ala Herculeana et ala singularium memorantur inter alas, quarum vexillationibus Valerius Lollianus praefuit in Mesopotamia, cf. supra N. 2724, bello Parthico L. Veri ut videtur, cf. not. 9. — 6) Ulp. latus interius, Ulp[ia] exterius, quod hic incipit. — 7) Ala prima dromedariorum dudum nota, sed Valeria (cf. supra N. 2541 not.), diversa igitur ab hac Ulpia (fortasse ad hanc ipsam pertinet N. 2541, errore in Val. commisso, ut putat Ritterling oesterr. Jahresh. l. c. p. 27). — 8) Militaria. — 9) Ex sedecim his cohortibus exercitus Syriaci anni 157 non minus octo, fortasse etiam plures, redeunt inter cohortes enumeratas supra N. 2724, scilicet prima Ulpia Petraeorum, prima Sygambrium, prima Ascalonitarum, prima Flavia Chalcidenorum (in N. 2724 pro fel. V Chalcid- sine dubio scribendum I Flav. Chalcid-), secunda Ulpia equitata, secunda Ulpia Paphlagonum, quinta Ulpia Petraeorum, fortasse etiam prima Ulpia Dacorum et secunda Thracum Surica, si sumere licet in titulo N. 2724 fuisse I VLp (non III) Dacorum, ut editur, et II (non I) Thracum (Bormann l. c. p. 28. 30). Iam apparet titulum N. 2724 non esse temporum Traiani, sed huic nostro fere aequalem, milites igitur illos a Lolliano in Mesopotamiam ductos esse bello Parthico L. Veri (Bormann p. 25). — 10) De cohorte secunda Italica civium Romanorum cf. infra ad titulum Proculi Rabili f., optionis eiusdem cohortis. — 11) Eadem cohors supra N. 2683. — 12) et errore bis positum in scriptura exteriore quae sola hic extat. — 13) V errore omissum in scriptura exteriore (suppletur ex interiore). — 14) Cohors septima Gallorum antea fuerat in Moesia cf. supra N. 1999, ut et aliae complures ex his Syriaci. In Syria fortasse ab ea positi sunt tituli III 131. 132 (errore in describendo hoc